

landi Veteribus formula est sollemnis, quaque merito litteras has  
concludo, uel decies et amplius exclamans: *Feliciter! Feliciter!*  
*Optime Gupnere!* Tua Tibi eueniat Valedictio, qualem quamcerti-  
fime maius excipiat gaudium ac solatium academicis in litteris, cu-  
iuscunque disciplinae seu Philosophiae, seu linguarum, seu rerum  
gesclarum, seu Theologiae, studium sub disquisitionem, uocabis uel  
perdisces. *Feliciter! Feliciter!* *O! Virice.* Nuntius est certus per-  
latus, Te ad Ciuium Academiae nostrae numerum esse admissum.  
*Feliciter!* Bene sperasti, ubi nostro in Lyceo uersareris, studiorum  
Tuorum incrementa semper fore maiora, id quod et sub Dei Nu-  
minis auspicio, ingenii Tui paeclara indole, Tuaque diligentia ac-  
curatissima factum, ego ipse contestor. *O!* bene spera subselliis  
Classis primae tandem aliquando abs Te vacue serio factis, siqui-  
dem hominum longe doctiorum schemata Geometrica, sic et alia  
eminus uides, ac cominus uidebis, quibus plane peruisis, spes Tua  
exoptatissima euentu nequaquam deflituetur. *Feliciter! Feliciter,*  
*o! Rittere.* Fiant, quae de insatiabili ueri uidendi cupiditate, cum  
nostro Lyceo diceres uale, differuisti! Fiat, ut, quaenam Tuae  
menti natura esse insita, cuncti norunt, in posterum sese magis exse-  
rant, itaque boni doctique omnes crescentibus Tuis studiis faueant,  
tantumque inuidi ad altiora Tibi noceant tendenti, quantum ma-  
rini fluctus Marpesiae cauti hunc in diem nocueruut. *Feliciter!*  
*Feliciter! o! Goldschadi,* Tuam orationem cum clausula uale, ualete,  
non significasse modo, sed et declarasse, animaduerti, quantus qua-  
lisque ambitionis, seu fastus mortalium fatui hostis sis et discupias  
haberi. Quare horror Te perfudit, Tuaque ambitionem fastidis  
aque ac fugis tanquam paionem, superbissimam istam auem, nun-  
quam non cum *Abbate Clareuallenfi* exclamans: *O! ambitio, am-  
bientium crux, ac mutatis pergenueris: neque aut me ullo unquam tem-  
pore torquebis, aut mihi placebis. Feliciter!*

Sat erit uerborum, satis superque uotorum, quibus nihilo  
addo secius, ut cognitionem studiorum pulcherrimam, *o! mei*  
*prio.*